




S. L,

Sistit se *Tibi, Lector benevole;*
Catalogus Bibliothecae ve-
nalis, et numero conspi-
cuae et singularitate tractatum insig-
nis, quam summa industria pariter
ac judicio in privatos et amicorum
usus collegit Vir illustrissimus Hen-
ricus Christianus liber Baro de Sencken-
berg, S.C.M. & Imperii Confiliarius au-
licus, cuius in Rempublicam litera-
riam tot tantisque eruditis monumen-
tis praeclara sibi parta merita innu-
merabilis annorum series nunquam
delebit. Scriptores hic reperies ex
(2) opus.

omnibus fere scientiis praestantissimos
 aequo ac rarissimos , quod et b. Pos-
 sessoris pulcherrimae librorum notiti-
 ae , et praecipuo illos undique con-
 quirendi studio est adscribendum.
 Suppellecili vero huic librariae pluri-
 bus commendandae supersedere , ae-
 quum bonumque censemus , ne *Tuo*
iudicio abuti , et ad emendum *Te* in-
 vitare videamur : inclytum enim Pos-
 sessoris nomen et libros ipsos utilissi-
 mos atque nitidissimos emtores satis
 esse allecturos , certum ac perspectum
 habemus . De Dissertationibus inte-
 rea , quibus sigillatim recensendis et
 angustia temporis et aliae caussae
 impedimento fuere , id tantum mo-
 nendum est , haud exiguum inter eas
 numerum reperiri , quas in tabernis
 librariis vel raro , vel nunquam in-
 venies : quam Collectionem , si quis
 totam sibi esset comparaturus , The-
 saurum omnino iuris possideret ; sin
 vero eiusmodi emtor deforet , aut
 aequum pretium non offerret , pluris
 lici-

licitantibus vendentur. In conficiendo Catalogo et Libris disponendis illud omnino dandum erat commoditati Lectorum, ut libri ea, qua antea fuerint dispositi, ordine servata, secundum materias et formam distribuerentur in Classes et Sectiones, quo facilius perspici possit, quinam in quoquo genere adsint libri: minus autem necessariam fuisse ulteriorem harum sectionum subdivisionem, forse unusquisque iudicabit. Ne vero ex lectione tam prolixo Catalogo taedium *Tibi* nasceretur, eundem in tres Partes dividere, consulto duximus: in quarum priori Iurisprudentiam habes, altera, quae propediem sequetur, Scriptores historicos complectetur, et reliquas Disciplinas *Tibi* tertia exhibebit. De venditione ipsa pauca adhuc nobis erunt dicenda. Venales exponentur hi libri conditionibus solitis, scilicet ut parata pecunia in ipsa traditione persolvantur. Nec illis quoque deerimus, qui Sectiones



nem integrum, aequo pretio oblato ;
emere vellent , dummodo tempore
opportuno et ante initium mensis
Novembris , qui est terminus publi-
cae distractioni praefixus , nos de
sua animi sententia certiores reddide-
rint. Exterorum autem , qui hac in
urbe amicis carent , mandata confe-
cturum, utilitatem et emendorum libro-
rum negotium in se suscepturnum huma-
nissime promittit Ioh. Henricus David
Goebel ab epistolis perillustris Domini
de Gaertner , S. C. M. & Imperii Con-
filiarii aulici ; hac tamen lege , ut in
transmissione iussorum suorum delega-
tione solutionem perficiendam curare
non dedignentur. Vale. Viennae
Austriæ, ipsis Idibus Iulii,
MDCCLXX.



CON-